



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia**

**Tamburini, Tommaso**

**Lugduni, 1689**

Capvt III. De Charitate orga Deum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

tuis meritis salvari, peccas insuper peccato contra fidem, speciatim, ut ex se patet, confitendum.

§. I. De Tentatione Dei.

**T**entatio Dei quædam præsumptio: Qui enim Deum temerè tentat, de Deo non sperat, sicut oportet. Confistit ejus qualitas, quæ posset vocari voluntas de experientia Dei, indebita, & temeraria investigatione divini beneplaciti, vel divinorum attributorum per media incongrua, & aliena ab ejus providentia: ita Calisto Pal. 3. d. 2. de tentat. Dei. p. 1. n. 5. fin. Si ejusmodi investigatio fiat ex dubia fide, quam quis habeat divinorum perfectionum, addetur species peccati hæresis, si ex mera curiositate, vel temeritate, erit simplex Dei tentatio: quæ duplex est; Explicita, & implicita seu interpretativa? ita S. Th. c. 2. q. 97. art. 1. & passim.

1. Explicitè Deum quis tentat, quando vel à Deo petit miracula, seu extraordinarium quemlibet providentia modum, vel exponit se gravi periculo, v. g. mortis ut exploret potentiam, vel amorem, vel simile attributum Dei, qui ipsum per miraculum liberet, Implicitè, seu interpretativè tentat, quando hæc, vel similia expectat sine actuali animo explorandi, res ipsa tamen petit, vel facit aliquid, quod ex se miraculum poscit. Vtrumque est peccatum, sive contra Religionem, sive contra spem, nisi obiter indeliberatè, vel nisi peculiaris Spiritus sancti instinctus urgeat, ad quem cognoscendum magna debet intervenire, ejusdem Spiritus directio, ne Angelus Satanæ transigret se in Angelum lucis: ita Bonac. in primis Dec. præcept. d. 3. q. 9. artic. 2.

2. Expressa Dei tentatio facilius, quàm implicita est mortalis, quia in ipsa semper adest temeritas, quæ petitur experientia de Deo: si tamen fiat ex curiositate, atque in re levi, puta cum Tol. lib. 4. c. 19. n. 7. posse esse veniale. Contra, interpretativa potest facilius esse venialis ex parvitate materie, ut accidere solet in homine docto, si velit prædicare sine prævia meditatione, vel in homine pio, si in levi morbo nolle uti medicinis, sperando vanè salutem à Deo, sed non perito miraculo. At se offerre temerè martyrio, vel per longum tempus se omni cibo abstinere sub prædicta spe grave quid est mea sententia.

3. Sperare in Deo principaliter, & minus principaliter in sua, vel creaturarum opera, non est præsumptio, nec Dei tentatio, cum ipse Deus eam operam, in nõa velit, & jubeat ita Azor. p. 1. lib. 9. cap. 2. q. 7.

Caput III.

De Charitate erga Deum.

§. I. Quid sit Charitas, & quæ sint peccata contra ipsam?

**C**haritas Dei (nam de charitate erga proximum suo loco) est virtus supernaturalis, quæ Deum super omnia appetitivè diligamus. Dico (appetitivè) quod alias dici potest, toto corde, & tota anima, hoc est, ita ut Deus vero animo magis æstimetur, quam æstimentur cætera, esto cætera aliquando intensius, seu tenerius diligantur. Sic homo intensius nonnunquam amat pecuniam, quàm filium; at certè nequaquam magis appetitivè: quia in concursu jacturæ filij, vel pecuniæ, pecunia negligetur, non filius. Debemus igitur Deo amorem appetitativum, quia omnis recta ratio dicat, ut summum bonum, à quo omnia bona nobis fluunt, summo, ac perfectissimo amore tanquam ultimum nostrum finem amemus, perfectiorem autem esse amorem appetitativum, quàm quemcunque alium, per se notum est.

2. Contra charitatem Dei dupliciter peccatur. Primò, per omissionem contra præceptum affirmativum.

etque liberalium, atque adeo Sanch. loc. cit. num. 4. Grammaticæ, Rhetoricæ, Musicæ, Arithmeticæ, &c. sive ij Magistri, Laici sit, sive Clerici; sive publicè, sive privatim doceant. Addeque excommunicationem, sive privationemque beneficiorum, ac Dignitatum, sive inhabilitatis ad alia obtinenda, contra quoscunque promouentes eos, qui fidei ejusmodi professionem non emittunt.

9. Vbi nota primò alieni hoc Decretum in usu non esse, ac propterea non obligare, & in locis ubi viget, fuisse esse semel aliàs modò n. 6.

10. Nota secundò excommunicationem lata sententia, aliisque pœnas, atque adeo peccatum mortale, quod ex dicto Pij V. Decreto colligitur fulminari folum in promouentes, non in profectos, ut patet ex ipso Decreto. Promoti ergo tantum obligabuntur ex præcepto intimati per illud (teneantur) quod certè verbum in materia gravi obligari sub mortali cum communi sententia diximus in nostro opusculo, de ex. Sanch. lib. 3. cap. 1. §. 8. At ex alio capite promotores excusantur à mortali, quia nimirum, quod vir Catholicus suscipiat munus sine tali externa professione, nisi non apparet res gravis; dum enim ipse nullum periculum habet recedendi à fide, non videtur grave, relinquere illam externam actionem. Non sic putandum de promouentibus, qui cum sint Ministri publici debent attendere ad executionem Decreti tam utilis ad fidei puritatem conservandam.

Caput II.

De Spe.

§. I. Quid sit Spes, & de peccatis contra ipsam?

**S**pes, virtus Theologica, est expectatio certa beatitudinis ex Dei gratia, & nostris meritis ipsi gratie cooperantibus. Ita Mayll. in 3. distinctione 26. Duo sunt peccata commissionis contra ipsam. Alterum per excessum, vocaturque præsumptio: Alterum per defectum, appellaturque desperatio: utrumque est ex peccatis contra Spiritum Sanctum: ita S. Thom. 2. 2. q. 84. art. 2.

1. Dixi (commissionis) nam adest etiam contra ipsam peccatum omissionis, estque omisio sperandi dictam beatitudinem eo tempore, quo urget necessitas, illam sperandi. Id quod quando, sit, & potest ex dictis suprà, cap. 2. §. 1. à num. 8. de necessitate actus fidei, cum tamen istidem casibus, in quibus urget actus credendendi, urgeat regulariter & sperandi, nimirum per accedens & indirectè, numquam verò directè & per se: ita Lafman lib. 1. tr. 2. cap. 2. n. 1. Sanch. in dec. lib. 2. cap. 3. n. 3. Lege Calisto P. tom. 1. tr. 5. de veritate spei, p. 4.

2. Præsumptio igitur committitur, cum quis confidit ex se ipso, vel ex naturæ viribus consecuturum, sive gratiam, sive virtutes supernaturales, sive gloriam; vel confidit quidem consecuturum ex Dei auxilio, sed sine sua cooperatione: ita idem.

3. Desperatio est, cum quis desperans se gratiam, vel gloriam consecuturum, suam cooperationem adhibere non curat. Nota in nostris regionibus rusticos confiteri solitos se in desperationem incidisse: at non intelligunt de peccato spei Theologicæ contrario, sed de quodam ita, seu impatientiæ impetu cum blasphemis non semel admisso, vel quid simile, quod ipsi, patris sermones, desperationem appellant.

4. Duo nota. Primò, in prædictis peccatis contra spem non adest materie parvitas, ut ex supradictis lib. 1. cap. 1. §. 3. constat. Secundò, si solum præsumas, vel desperes, peccas contra spem: at si addas errorem in intellectu, affirmando, v. g. te ad ultimum posse sine

de amando Deum, ut si ipsum non ames eo tempore, & eo modo appetitivo, quo amandus est. Secundum, per commissionem contra præceptum negativum de non odio habendo Deum, ut, si cui apprehendendo Deum ut sibi infestum, displiceat Deus, sequere odio hominationis ab ipso auertat, illique optet simplicem affectum (nam non potest effici, hoc est, ita ut effectum habeat ea prava voluntas) aliquod malum, quod est scelus omnium gravissimum, demonibus, damnatisque famulari.

3. Petes peccatne contra Dei Charitatem, qui ultimum finem in hac vita constituit, volendo hic perpetuo manere?

Huic petitioni sic respondit Castro Palau *tom. 1. tr. 7. d. 1. de charitate, p. 2. n. 6. Sanchez lib. 1. in Dec. c. 35. n. 11. sine, cum Bonacina, circa primum Dec. præcepti disp. 3. q. 4. p. 1. sine, aliisque, affirmant peccare mortaliter, quia præfert Deo, ejusque visioni, & fructui delicias hujus sæculi; at desiderare longam vitam affirmat vocare culpa. Sed hoc dictum non universaliter approbo; si enim ex eo, quod velis in hac vita perpetuo durare, inferatur, te delicias humanas divina fructione præferre, etiam cum longam vitam desideras, præfers pro illo tempore delicias humanas divine fructioni. Ergo hoc etiam sufficit, ut pecces, quia summa perversitas est pro uno, & minime instanti divinam fructiorem humana voluptati postponere. Quapropter cum vitam sine termino desideras, solum videtur desiderare hac vita non privari. Hoc autem per se malum non est, sed potius bonum, ergo, &c. Adde te nescire an post hanc vitam salvandus sis, an condemnandus; ergo cum desideras in hac vita perpetuo manere, potest illud desiderare ut periculum condemnationis fugias sed hoc periculum fugere non est malum; ergo non est peccatum mortale tale desiderium absolutum: ergo solum esse potest cum de facto præponis tuam vitam hujus sæculi bonis, quæ tibi Deo in æternum præparavit, quod raro, vel nunquam, nisi sceleratissimo accidit. Merito Castro Palau.*

#### §. II. Quandoam obliget Præceptum affirmativum Charitatis Dei.

1. Laborant Doctores in assignando tempore, quo debet fidelis ex obligatione actum positivum amoris elicere circa Deum, variæque tempora, ut varia sunt ingenia hominum, assignant. Primum tempus, quod aliqui assignant, est initium usus rationis. Secundum, finis vitæ. Tertium, tota vita indeterminate sumpta, ut saltem semel in ea ametur Deus. Quartum, omnes dies festivi, in quibus debemus Deo specialiter vacare. Quintum, tempus, quo adultus suscipit Baptismum. Sextum, tempus, quo quis suscipit Eucharistiam. Septimum, quando forte sumitur Martyrium. Octavum, quando magnum à Deo accipis beneficium. Nonum, quando audis aliquem contra Deum blasphemantem. Decimum, quando gravi urgeris tentatione, præsertim odij Dei cum periculo consensus, nisi ad Deum per amorem te convertas.

2. Mihi placet doctrina Azor. *tom. 1. lib. 9. cap. 4. q. 1. circa 2.* qui docet hoc præceptum Charitatis impositum, fuisse ob justificationem impij: solum igitur tunc obligare, quando impius, qui Sacramentum Pœnitentiæ non est in promptu, non habet aliam viam, quæ se justificet, nisi eliciat actum contritionis, quæ semper aliquo tandem modo actum amoris Dei super omnia dilecti involvit. Consequenter igitur, & indirecte ratione suæ justificationis ad actum charitatis Fideles obligantur. Vide *suprà, cap. 1. §. 1. num. 10.* ubi idem loquendi modus mihi placuit de præcepto actus fidei, & spei; nam per ibidem dicta, & confirmabitur hæc Azorij doctrina, & impugnari poterunt tempora modò assignata numero præcedente.

3. Confirmatur, quia licet communis sententia doceat dari præceptum speciale de amando Deo in illis verbis: *Diliges Dominum Deum tuum, & alibi*, tamen non

ignobiles Doctores docent hoc præceptum non esse speciale, & speciali tempore implendum, sed generale imbutum in omnibus præceptis, sicut secundum præceptum de dilectione proximi non est speciale, sed in Decalogi præceptis contentum, nam propterea dicitur: *In illis duobus præceptis, id est, dilectione Dei & proximi, universa lex pendet, & Propheta, & Qui habet præcepta mea, & servat eas, ille est qui diligit, me, & Plenitudo legis est dilectio.* Si enim qui servat præcepta diligit, quique diligit servat jam unum ex his continetur in alio; & consequenter præceptum charitatis indiget solum, & ratione alterius obligabit.

4. Probabilis ergo, & tutissima sententia est illorum, qui negant fideles initio usus rationis, sic Castro Pal. *tom. 1. tr. 6. de charit. d. 1. p. 4. n. 2.* cum Azor. Val. Sanchez. Coningham eodem cit. & sine vitæ: sic idem ibid. d. 9. cum Azor. & Sanchez ab eodem cit. obligari ad se convertendos ad Deum, illum amando; ponere enim ejusmodi obligationem, quæ certè fundamento solido non innititur, nihil aliud est, nisi scupulos ingerere non quidem indoctis, quia hi ad eam obligationem minus advestunt; sed doctoribus, &c. Lege Castr. Palauum, Azor. Sanchez modò citatos.

#### CAPUT IV.

#### De Cultu dei, hoc est, de primo Decalogi Præcepto. *Vnum cole. Deum.*

Præmissis iis, quæ fuerunt præmittenda, jam tandem ad primi Præcepti explicationem, Deo favente, pervenimus.

Potrà virtus Religionis, quæ Deo debitum cultum exhibemus, significando ejus excellentiam, nostramque subjectionem, alios actus habet exteriores, interiores alios per hōs sola mente, per illos etiam externa locutione, vel operatione Deum veneramus. Veneramus autem specialiter per orationem, adorationem, votum, juramentum; sed quia de voto, & juramento aptior videtur locus in secundo præcepto, hic solum breviter prius agemus de adoratione, & oratione, virtutis Religionis actibus, deinde de peccatis eidem Religioni contrariis.

#### §. I. De Adoratione.

Quid sit, quæ lex adoratio, & in quos cadat.

1. Adoratio latè sumpta est actus creaturæ rationalis, quo significat submissionem, & reverentiam ob alicujus excellentiam, juxta illud *Genes. 10.* ubi Loth. dicitur adorasse Angelos, & *Reg. 11.* ubi refertur, Bersabee adorasse Salomonem. Stricta sumpta est actus quo quis proficitur cognoscere, seu colere excellentiam Dei. Sic *Deuter. 6.* Dicitur: *Dominum Deum tuum adorabis*; sic *Matth. 4.* *Magi proidentes adoraverunt puerum*, sic *Joan. 9.* *Cæcus illuminatus procedens adoravit Christum.*

2. Triplex autem à Theologis solet adoratio distinguui: Latria, Hyperdulia, Dulia; ita *S. Thom. 3. part. 2. q. 2. & Commentatores*, alique passim. Prima est, quæ fertur in Deum increatum; Secunda in Beatam Virginem, quæ habet peculiarem Sanctitatis excellentiam supra ceteros Sanctos; Tertia in Sanctos, & Angelos qui sunt Beatissima Virgine inferiores. Strictè enim sumpta adoratio Sanctos adoramus, quoties eorum sanctitatem licet creaturam, in qua tamen resplendet modò quodam peculiari, & supernaturali Dei excellentia, veneramus.

3. Rursus, dupliciter potest quid adorari Latria: Primo per se, & ratione sui, & sic ipse solus Deus est per

Latriam